


NUMMVS TRIVMPHALIS
 REGINÆ ANGLIÆ, ET STATUUM
 Belgiæ Confœderatorum, classe Hispanicâ supe-
 ratâ, submersâ: Cusvs Anno Chri-
 sti 1588.



PHILIPPUM Hispaniarum Regem tædium iam pridem fatigabat diurni, parumque felicitis belli, quod tot annis labentibus adversus Belgas gesserat; illud etiam usu edoctus secum reputabat, perexiguam sibi spem ostendi fore: ut unquam vi bellicâ domiti ad veteres dominos redeât, quamdiu unionem inter se, & pacta fœdera cum vicinis proceribus, maximè verò Angliæ Reginâ, sâcta inviolataq; conservarent. Hinc consilio inito placuit uno co-

demq; prælio de rei summa decertare. Ingentē itaq; Classē navibus undiq; petitis adornat, totumq; triennium in eâ instruendâ consumit. Constat ea centum & triginta navibus militaribus, ad quamvis & vim, & contumeliam ferendam paratis. Summum Imperium Alphonso Peretio Medinæ Sidoniæ Duci, à Rege delatum: Admiralis Joannes Martinus Recaldus Cantaber renunciatus fuerat. Hâc ergo mole universam Angliam obruere, milite in continentem posito, & Farnesianis copijs augendo, Rex cogitabat. Instruxerat vicissim Regina plurium navium, quas suis partim finibus, partim ex Holandiâ Zelandiâq; ue acceperat, classē: sed mole sua imparē illi, aptitudine tamen loci, tempestatibusque Oceani superiorem. Præerat huic Carolus Howardus Baro, & Franciscus Dracus: quī, classē in duo cornua dividentes, Regias naves magnâ aviditate expectabant; quæ ubi cōvenerunt, Prætoria DCC. doliorum capax & LXII. machinis æneis bipartito ordine munita, dum suo robore frata à reliquis seiungitur, hostibus præda, & subsequituræ victoriæ omen fuit. Die postero, qui primus Augusti fuit, tanta tranquillitas maris extitit, ut se loco movere non possent; quare die altero, dum ventus esset intensior, hostem Angliam tevertunt, navesq; suas